

*terrarum orbe celebratissima fuit illa Senarum curia, quam Hebraei sua lingua LISCAT HAGGAZITH appellare consueverunt, cuius aedificii tantus splendor tantaque magnificentia fuit, ut totus terrarum orbis nihil ei simile, aut secundum habere uideatur.* Causam uero cur synedrium eo in Loco fuit constitutum apte exponit SALOMO BEN WIRGA k) quod iuri sacerdotibus dicundo iudicium LXXI. uirorum fuerit praestitutum: שם הוא מפני שעיקרה לדון את הכהנים ואמרו כי כל כהן שנמצא בו פסול ונדע מדין סנהדרין היה לובש שחורים ומוציאין אותו מחברת הכהנים והולך אל ביתו ומתאבל ואם לא נמצא בו פסול יום היה עושה לאוהביו ואמר ברוך שבחר בזרעו של אהרון לשרת בקדש *quod ibi conclaue hoc exstructum erat, causa primaria fuit iudicandi sacerdotes, et dicunt quod omnis Sacerdos, si quid profanum in illo inueniebatur et a Synedrio magno deprehendebatur, nigris uestibus induendus et e societate sacerdotum eiiciendus est, atque in domum suam redibat et lugebat; Si uero nihil profanum in illo inueniebatur, diem festum amicis suis constituerebat dicens: benedictus, qui elegit e semine Aharonis ad sacra exercenda in sancto sanctorum.* Haec sufficiant de Loco huius confessus dixisse, plura hac in re si quis peruestigare cupit, adeat CONSTANTINVM L'EMPEREVV, l) qui quum de tota templi structura agit, etiam de huius conclauis SITV fusius disputat.

Nunc etiam dispiciamus quis huius confessus MODVS, et quae FORMA fuerit? Formam subelliorum, quae occupabat summus Iudaeorum Senatus a consuetudine omnium fere populorum in foris suis confidendi, alienam fuisse, Iudaeorum DOCTORES, qui nobis praecipue de

k) loco antea citato

l) ad titulum Talmudis Middoth cap. V, Sect. 3.